



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorum

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

46. Commendatitias litteras ad Episcopo jam cognito.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

demnati, ut lex præstat tardis aut negligentibus, & de ipsa terra nos pontificium habeatis ciciendi. Facta precaria ibi, sub die illo, anno illo, illo Rege.

Indiculus Episcopi, ad alium in resurrectione Domini eulogias dirigendo.

XLII. Domino sancto & apostolica veneratione colendo Domino & in Christo fratri illi Episcopo ille gratia Dei, ac si peccator, Episcopus. Dominica festivitatis resurrectionisque mysteria, in qua idem Deus Christus tartarus per semetipsum decrevit absolvere, nudus victor que de exsuperato hoste triumphans captivitatem, dedit bona hominibus, propterea remeavit ad caelos, anni circulum revolventi, qua felicitas prosperitatem vestram constituit industriam, aut sanctitatem excepisse, ipsoque Deo præfule percogisse, cum eulogias peculiaris patro vestro sancti illius, & salutationis officia veneratione præcipua, quaesumus ut nostram extremitatem affatu dignabili jubeatis specialibus informare.

Rescriptio ad Episcopo.

XLIII. Domino sancto, meritis apostolico, in Christo desiderabili, Domino & fratri illo Papæ, ille peccator Episcopus. Vestras sacras common. almitatui vestri deferenti venerabile filio commune illo, ut cœlitus donabile, nos accepisse prænuſce & comperite. De edulium inquit dedepasti recreati sancto hoc de munere vestro trepidantes, multum de qua pagina ferrit. quod valitantes vobis præcimus esse cum vestris & quintati habuit vestra dignatio instigio ut in virendotirio fuistis dignati, infimo gratias agimus. In his e plura solventes, plusculum quod valeat internum congignere compus, vel verborum carmina pandant, oracula dicta dicimus. Et illud quod nos flagitare oportet, ut in vestris sapius nobis remiscat oratio.

Quomodo Episcopus nativitatem Domini ad Regi, Regina, vel ad Episcopo visitationis dirigit scriptum.

XLIV. Glorioso atque præcelso & universale catholice sanctæ Ecclesie filio illi Regi, ille Episcopus. Gloriosa atque præcella & universale catholice sanctæ Ecclesie filia illa Regina, ille misericordia Dei Episcopus. Domino inclitōque cultore atque apostolico Domino & in Christo fratri illi Episcopo, ille peccator Episcopus. Dum generaliter dominicæ nativitatis exultamus adventum, censum

debita subjectionis desolvere perurguemus ex voto: atque ideo salutationum munia cum eulogias peculiaris patroni vestri sancti illius (*si ad Regem*) clementiæ vestræ, (*si ad Episcopum*) sanctitati vestræ direximus, cum omni humilitatis genere clementissimè dependentes, suggerimus ut jugi nos præmunientes orato, de vestræ sospitate integritatem trepidare faciatis, dignabili protinus rescribitu.

Item alia de nativitate Domini.

XLV. Iocunditatis mutæ gratiam cognoscere cupientes, divinitus univertitate conlata, non distinemus epistolis præferendam vestram prævenire clementiam, aut sanctitatem, cum eulogias peculiaris patroni vestri illius, honorabile ac devoto cultu poscentes ut qua alacritate festiva nativitatis dominicæ peregristis insignia, nos doceant vestræ sanctitatis exempla. Erunt enim nobis provectuum vestræ incrementa salutis, locuplex thesauri facultatis.

Commendatitias litteras ad Episcopo noto.

XLVI. Domino reverentissimo illo Papæ ille. Reminiscentes vestram affectuosam beatitudinis caritatem, qua tunc ab obtentu retributionis aternæ nostræ extremitatis personolam in intimis visceribus ac si unicæ dilectionis vinculum amplectebamini sedulè, qua fiducia provocatus hos apices vilitatis nostræ fidenter ad dignationem vestram per fratres nostros filios vestros gerulos præfentes destinare præsumpsi, per quos vestram almitatem, si præsumptio non offendit, salutationum munia, ut decet, non arroganter, sed humiliter destinare præsumo, quos ut commendatos in omnibus recipere dignetis, quaesumus opportunè. Etenim in tam longinquis regionibus propter necessitates fratrum comparandum euntes, vestris Christo præfule indigent adminiculis, pro quibus beneficiis centuplicato scenore à Domino retributore bonorum omnium refertum mercedis cumulum in ævum recipiatis dignissimum. Dominus Deus noster piam coronam vestram memorem mei & præsentibus repleat bonis & dignam reddat aternis, Domne semper meus.

Item commendatias litteras ad Abbate noto.

XLVII. Domino beatissimo & meritis venerando sancto patri illo Abbati ille in Domino perpetuam mittit salutem. Multimoda nobis benivolo vestro genere comperite gaudia quotiens aditus dede-